In effigiem MARIÆ REGINÆ,

Jacob. Magni. Britan. Reg. Matris.

GLoria, diuitiæ, forma, ætas, sceptráq; regum,
Quam sint res fluxæ, tristis imago docet.

In eandem.

FOrs olim fuerat vultu per templa bifronti,
Tristia quod lætis hæc Dea mista daret.
Fronte sed hic vna cernis ludibria Diuæ,
Frons læta effluxit, leuta sed ātra manet.

SOC. ANTIQ. LOND.

ME triplici damno memorem sors impia læsit:
Francigenum spolior sceptris, & Rege marito.
Charæ iterum prolis viduor pullata parente:
Exilio patriam mutaui, carcere Regnum.
Spes triplex tria damna leuat, minuitque dolorem:
Pro sceptris sceptri fœlicis gloria nati,
Dulcis amor prolis pro dulci fœdere lecti.
Est mihi libertas, chari sors libera nati.
Spem triplicem, tria damna simul spes vltima vincit.

IO. GORDONIUS
Britanno-Scotus.

Excusum *Londini* Typis *Iohannis Norton*, Illustrissimæ Regiæ Maiestati in Latinis, Græcis, & Hebraicis Typographi.